



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Vita & honestate Clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

De vita & honestate Clericorum.

T I T. XXVII.

Congruit omnibus Clericis, ut quemadmodum in sor-
tem Domini sunt vocati, & à populo officiis & ordi-
nibus sunt divisi: ita & summâ ope nitantur, vitæ hone-
state cæteris præcellere.

Est *vita honestas*, agendi dexteritas, quâ hominis ani-
mus ita informatur, ut detestando vitia, ea quæ cum virtu-
tibus congruunt, amplectatur. *Venat. in Analys. hoc tit.*

Ea est, vel *Interna*; quæ est animi probitas; quâ præ-
dicti cupiunt ex juris & virtutum præscripto vivere: vel
Externa; quæ in externis secundum virtutem actionibus
consistit.

Utramque ut observent Clerici, certæ de eorum negotiis
& officiis, moribus & vita, habitu & vestitu, regulæ Cano-
nibus traduntur.

Circa negotia & officia, Ne officia vel commercia secu-
laria; ut mercaturam, *c. secundum. 6. ne cler. vel monach.*
procurationem laicorum, *c. Sacerdotibus. 2. ne cler. vel*
mon. Clem. 1. eod. tabellionatum, c. sicut. 8. eod. chirur-
giam quæ inustionem vel incisionem inducit, *c. sententiam.*
9. eod. exerceant; mimis, joculatoribus & histrionibus
non intendant; *c. cleric. 15. hic. quicquam per quod ad*
vindictam sanguinis tenditur, exerceant; *d. c. senten-*
tiam. 9. sylvaticas venationes cum canibus, nec accipitres,
faltones, habeant: *c. omnibus. de cler. venat. ne Juri Ci-*
vili, c. fin. ne cler. vel mon. nisi ut facilius Canonicum Jus
intelligent, operam dent; *Gomez. ad reg. Cancell. re-*
gul. de jure ques. non toll. qu. 3. circa fin. Contra si
faciant, & tertio moniti non absistant, privilegiis omni-
bus privantur; & quandoque severius puniuntur. *d. c. fin.*
Clem. 1. hic.

Circa vitam & mores; ut concubinas non habeant, *c.*
prater hoc. 6. dist. 32. ubi Gl. 1. sed extra matrimonium
casti-

TIT. XXVII. DE VITA ET HON. 45

castitatem; c. diaconus. 1. §. hāc au^toritate. dist. 27. vel in matrimonio, si sint Orientales, c. ut clericorum. 13. hic. servent; ut & modum in cibo & potu, dist. 35. per tot. id est, eum, licet delicatum, pro sustentatione corporis inge-
rant, c. quisquis. 1. §. nam in omnibus hujusmodi. dist. 41. ebrietati non sint dediti, d. dist. 35. per tot. nec alias ad bi-
bendum incitent: c. à crapula. 14. hic. nec bibendi vel
edendi causâ tabernas, nisi peregrinentur, intrent; c. Cle-
rici. 15. eod. c. Clerici. 4. dist. 44. nec aleis ludant; nec
aleatoribus intersint, d. c. Clerici. 15. hic.

Circa habitum corporis & vestitum; ut vestium & or-
namentorum, quæ Clericorum usui sunt, formam præfini-
tam servent; c. Clerici. 15. hic. comam nec barbam nu-
triant, c. Clerici. 15. & c. si quis. 4. eod. nec vestibus, nec
calceamentis decorum quærant. c. Clericus. fin. dist. 41.
Contra si sine justa causa fecerint, beneficii, si habent, fru-
ctibus, semestris patio privantur; si non habent, sex men-
sibus ad Ecclesiasticum beneficium adspirare vetantur: si
sint in dignitate constituti, aut beneficium curatum vel
personatum habeant, anni unius fructuum jacturâ mul-
tantur. Clem. fin. hic.

Hæc omnia ut melius servent, prohibitum iis simul
cum mulieribus, de quibus incontinentiæ suspicio esse pos-
sit, c. 1. cum sim. de cohab. cleric. & mulier. habitare; Ma-
trem, sororem, amitam, neptem, in quibus naturale fœdus
nihil permittit sœvi criminis suspicari, domi habere pos-
sunt. c. à nobis. 9. eod. c. interdixit. 16. dist. 32. Nisi secum
ancillas & pedissequas ducant. c. 1. eod.

De visitatione per Prælatos facienda.

TIT. XXVIII.

UT Clerici omnes, ut & Laïci, à vitiis, animarum sa-
luti ob futuris, abstineant, debent Prælati, jurisdictio-
nem habentes, Abb. c. cum Apostolus. 3. no. de censib. loca-
sibi subjecta, quolibet anno, semel invisere; c. 14. decre-
vimus.